773
N554

UC-NRLF
B 3 136 264

YA OCC80



EX LIBRIS

773
N554

EASY LATIN PLAYS

M. L. NEWMAN

PRICE 6D.

Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

http://www.archive.org/details/easylatinplays00newmrich

EASY LATIN PLAYS

BY

M. L. NEWMAN

LONDON: G. BELL AND SONS, LTD.
YORK HOUSE, PORTUGAL STREET, W.C.
1913

OXFORD: HORACE HART
PRINTER TO THE UNIVERSITY

PREFACE

'Mater Gracchorum' is published at the request of teachers who attended the Summer School of Latin at Bangor. The play was written to serve as a reading-book for an Upper Third Form during the second and third terms of the year in which Latin was begun. A year's course of lessons in Roman History had preceded the learning of Latin. All the work of the class (frequent drill in grammar, oral work by question and answer, and simple-sentence construction) was based upon the text of the play.

'Gemini' was similarly used in a class of younger girls during the second term of the first year.

SHEFFIELD HIGH SCHOOL FOR GIRLS.
January, 1912.

296961

MA ER GRACCHORUM

DRAMATIS PERSONAE

Cornelia.
Gaius Gracchus.
Blossius.
Marcus Octavius.
Tib. Gracchi filius.
Famulae.
Cives.
Tribuni.
Senatores.

Scaena I. apud Corneliam.

Cornēlia; G. Gracchus; famulae. Tib. Gracchus.

Gai. māter mea, cūr cessat Tibērius? quid agit? solitārius iam semper ego in Campō me exerceō, vel in silvīs ferās captō solitārius.

Cor. frāter tuus, mī fīlī, prō patriā nostrā cōgitat et labōrat. nūm vīs patris vestrī fīlium, Africānī nepōtem, esse dēgenerem? num ille vēnātiōnibus studēbit, dum miseriīs premuntur cīvēs Rōmānī?

[*clāmōrēs audiuntur*]

populus (*extra*). euge, euge! salvē Gracche!
ecce Tibērius, tribūnus plēbis!

Gai. cūr māter . . .?

Cor. exaudī! quid audiō? quid clāmant?

[*intrat Tiberius*]

Ti. salvē, māter! salvēte!

Cor. mī fīlī, quid audiēbam? quid clāmābat populus?

Ti. māter mea, populus Rōmānus mē tribūnum plēbis creāvit.

Cor. tu ergo, mī fīlī, servābis Rōmam. senātum comprimēs, cīvēs fovēbis.

apud, *at, near.*
famula, *handmaid.*
māter, *mother.*
meus, *my.*
cūr, *why?*
cessāre, *to linger.*
quid? *what?*
agere, *to do.*
solitārius, *all alone.*
iam, *now, already.*
semper, *always.*
ego, *I.*
mē, *acc. of* ego.
exercēre, *to exercise.*
vel, *or.*
silva, *a wood.*
fera, *a beast.*
captāre, *to chase.*
frāter, *brother.*
tuus, *thy, your.*
fīlius, *son.*
patria, *country.*
noster, *our.*
cōgitāre, *to take thought.*
labōrāre, *to work.*
num *asks a question.*
vīs, *you wish.*
pater, *father.*
vester, *your.*
nepōs, *grandson.*
esse, *to be.*
dēgener, *unworthy of the family.*
ille, *he.*
vēnatiō, *a hunt.*
studēre, *to give attention.*
dum, *while.*
miseria, *misery.*
premere, *to oppress.*
cīvis, *a citizen.*
clāmor, *a shout.*
euge! *hurrah!*
salvē! *hail! good-day!*
ecce! *behold! lo!*
tribūnus, *a tribune.*
plēbs, *the common people.*
audīre, *to hear.*
exaudīre, *to listen.*
clāmāre, *to shout.*
populus, *the people.*
creāre, *to create.*
tū, *thou, you.*
ergō, *therefore, then.*
servāre, *to save.*
senātus, *the Senate.*
comprimere, *to crush.*
fovēre, *to cherish.*

Ti. nuper in Italiam reveniēbam. iter faciēns per Viam Appiam multum dolēbam. ubīque servōs vidēbam, miserōs hominēs et turpēs, gregēs custōdientēs, ubi agricolae Rōmānī ōlim habitābant et suōs quisque agrōs colēbat. nunc, eheu, omnēs agrōs dīvitēs habent; cīvēs Rōmānī in urbe in paupertāte ac vitiīs versantur, optimātium clientēs.

Cor. hoc ergō tibi erit opus, mī fīlī.

Ti. lēgem feram iustissimam. agrōs pauperibus reddam; iterum suum quisque fundum colet.

Cor. [*Gaium alloquēns*] hūc, puer! audīsne? ego et tū testēs sumus. Tibērius populō Rōmānō agrōs Italōs restituet, et pristinōs Rōmānōrum mōrēs.

nuper, *lately.*
revenīre, *to come back.*
iter, *a journey, way.*
faciēns, *making.*
per, *along, through.*
multum, *much, greatly.*
dolēre, *to grieve.*
ubīque, *everywhere.*
servus, *a slave.*
vidēre, *to see.*
homō, *a man.*
miser, *wretched.*
turpis, *vile.*
grex, *a flock.*
custodiēns, *keeping.*
ubi, *where.*
ōlim, *formerly.*
agricola, *a farmer.*
habitāre, *to dwell.*
suus, *his own.*
quisque, *each man.*
colere, *to till.*
ager, *field, land.*
nunc, *now.*
eheu! *alas!*
omnis, *every, all.*
dīves, *a rich man.*
habēre, *to have, hold.*
urbs, *the city.*
paupertās, *poverty.*
ac, *and.*
vitium, *vice.*
versārī, *to be involved.*
optimās, *a noble.*
cliēns, *a dependent.*
hoc, *this (thing).*
opus, *work.*
tibi, *dat. of* tū.
lēx, *law.*
ferō, *I carry.*
iustus, *just.*
pauper, *a poor man.*
reddere, *to give back.*
iterum, *again.*
fundus, *a farm.*
hūc, *hither.*
puer, *boy.*
testis, *witness.*
Italus, *Italian.*
restituere, *to restore.*
pristinus, *former.*
mōs, *sing. custom; plur. character.*
alloquēns, *addressing.*

Scaena II. In Forō.

Ti. Gracchus; M. Octāvius; cēterī tribūnī; cīvēs.

cīvēs [*inter sē colloquentēs*]. tacēte! veniunt tribūnī plēbis. audīte Gracchum!

Ti. cīvēs Rōmānī, suffrāgia ferētis. ego agrōs Italōs cupiō inter cīvēs omnēs, ut anteā, distribuī—prīvārī eōs quī plus habent agrī quam quīngenta iūgera. M. Octāvius vetat; tribūnus plēbis plēbem prōdit. [*Octāvium alloquēns*] Marce Octāvī, rursus tē admoneō. dēsine etiam nunc populī voluntātem impedīre. [*Octāvius tacet.*]

cīvēs Rōmānī, suffrāgia ferte! cēnseō Octāviō magistrātum abrogandum. quid sentītis? placetne?

cīvēs. placet.

Ti. Marce Octāvī, magistrātus tibi est abrogātus. abī! expellite eum!

Oct. mox tū poenās dabis, quī lēgēs Rōmānās, tribūnum sacrōsanctum, ita violās.

cēterī, *the others.*
inter, *among.*
sē, *himself, herself, itself, themselves.*
tacēre, *to be silent.*
venīre, *to come.*
suffrāgium, *a vote.*
cupere, *to desire.*
ut, *as.*
anteā, *before.*
distribuere, *to distribute.*
prīvāre, *to despoil.*
eōs, *them, those.*
quī, *who.*
plus . . . quam, *more than.*
quīngentī, *five hundred.*
iūgerum, *an acre.*
vetāre, *to forbid.*
prōdere, *to betray.*
censēre, *to think, propose.*
magistrātus, *office.*
abrogāre, *to take away.*
sentīre, *to feel, think.*
placēre, *to be pleasing.*
rursus, *again.*
tē, *acc. of* tū.
admonēre, *to warn.*
dēsinere, *to cease.*
etiam, *even.*
voluntās, *the will.*
impedīre, *to hinder.*
abīre, *to go away.*
expellere, *to drive out.*
eum, *him, that man.*
mox, *soon.*
poena, *penalty.*
dare, *to give.*
sacrōsanctus, *sacred.*
ita, *thus.*
violāre, *to outrage.*

Scaena III. In Forō. vesperī.

cīvēs. Ti. Gracchus; fīlius praetextātus.

civ. I. quid tū sentīs? num Gracchus . . .

civ. II. hoc equidem sentiō. Gracchus . . . sed ecce! inde venit ipse.

[*intrat Ti. Gracchus cum fīliō*]

Ti. cīvēs! amīcī! mihi sī crās erit ultimus diēs, excipite hunc, fīlium meum cārissimum. hodiē vōbīs hunc trādō; crās animam meam fortasse prō vōbīs dēpōnam.

cīvēs. vīvēs, Gracche—vīvēs et superābis. iterum eris tribūnus.

euge, euge! salvē, Gracche!

[*exeunt.*]

vesper, *evening.*
praetextātus, *wearing a boy's bordered toga.*
equidem, *I for my part.*
sed, *but.*
inde, *yonder.*
ipse, *he himself.*
cum, *with.*
amīcus, *friend.*
mihi, *dat. sing. of* ego.
sī, *if.*
crās, *to-morrow.*
ultimus, *last.*
diēs, *day.*
excipere, *to receive.*
hunc, *him, this* (*man*).
cārus, *dear.*
hodiē, *to-day.*
vōbīs, *dat. plur. of* tū.
trādere, *to hand over.*
anima, *life.*
fortasse, *perhaps.*
dēpōnere, *to lay down.*
vīvere, *to live.*
superāre, *to conquer.*

Scaena IV. In Capitōliō.

cīvēs; rusticus. senātōrēs; tribūnī; Ti. Gracchus.

rust. salvēte, amīcī! nuper rure in urbem advēni. dīcite mihi! quid hīc agitur?

civ. I. comitia habentur; tribūnī plēbis creantur.

rust. quī petunt? cui favet populus?

civ. I. Tibērius Gracchus petit iterum esse tribūnus.

rust. quid? nōnne lēgēs id vetant?

civ. I. vetant sāne lēgēs, sed populus favet Gracchō.

civ. II. nuper ille agrōs Italōs cīvibus pauperibus reddidit.

rust. bene ēgit. iure illī populus favet.

civ. III. immō lēgēs violat petēns iterum tribūnus esse. mihi displicet.

civ. II. crescit clāmor!

rust. quid agitur?

[*intrant senātōrēs tribūnī Gracchus contendentēs. Gracchus cadit.*]

rusticus, *a countryman.*
rus, *the country.*
advenīre, *to arrive.*
dīcere, *to tell, say.*
hīc, *here.*
comitia, *elections.*
petere, *to seek, to be a candidate.*
cui, *dat. sing. of* quī.
favēre, *to be favourable.*
id, *it, that.*
sāne, *indeed.*
reddidī, *pres. perf. of* reddere.
bene, *well.*
ēgī, *pres. perf. of* agere.
iure, *rightly.*
illī, *dat. sing. of* ille.
immō, *nay but.*
petēns, *seeking.*
displicēre, *to be displeasing.*
crescere, *to increase.*
contendēns, *struggling.*
cadere, *to fall.*

Scaena V. apud Cornēliam.

Cornēlia; fāmulae. Blossius; cīvēs.

Cor. cūr cessat Tibērius? summō hodiē amōre eum exspectō.

fam. exaudī, domina! venit.

Cor. num ille venit? cūr nōn cum clāmōribus populī venit?

[*intrant Blossius et cīvēs*]

Bl. salvē, Cornēlia!

Cor. salvē, amīce! quid mihi nuntiās?

Bl. tristia, eheu! nuntiō—tristissima.

Cor. quid? haud tristissima, amīce, potes nuntiāre, nisī turpem scīlicet fīlius meus sē praebuit.

Bl. Cornēlia, Tibērius mortuus est.

Cor. a . . . prō patriā vērō mortuus est. o amīcī, abīte! fīlium meum hūc adducite! . . . multās hōrās eum exspectō, iam tandem eum accipiam.

[*intrant cīvēs cum Tibērii corpore*]

summus, *highest, greatest.*
amōr, *love, longing.*
exspectāre, *to await.*
domina, *mistress.*
nuntiāre, *to announce, bring news.*
tristia, *sad things, sad tidings.*
haud, *not.*
potes, *you can.*
abīre, *to go.*
nisī, *unless.*
scīlicet, *forsooth.*
praebēre, *to offer, show.*
mortuus, *dead.*
vērō, *however.*
multī, *many.*
tandem, *at length.*
accipere, *to receive, welcome.*
corpus, *a body.*

Cor. salvē, mī fīlī! nunquam anteā tantā laetitiā quantā hodiē tē accēpī. maxime hodiē tē amō atque laudō. o, mē! ter quaterque nunc beāta sum—pater meus Hannibalem superāvit: vir meus in Hispāniā glōriam sibi comparāvit; fīliorum, quōs illī peperī, unus hīc iacet—prō patriā mortuus est; vīvit alter—prō patriā vīvet et labōrābit! [*cīvibus*] vōbīs, amīcī, grātiās reddō, quod haec tam laeta mihi nuntiāvistis, hoc tam cārum corpus ad mē adduxistis. [*fāmulis*] venīte, puellae! excēdēmus. Deīs Immortālibus grātiās reddēmus. festīnāte! mulierem beātissimam ad templa deōrum adducite—Scipiōnis fīliam, Gracchi uxōrem, mātrem Gracchōrum!

nunquam, *never.*
tantus . . . quantus, *so great . . . as.*
laetitia, *joy.*
accēpī, *pres. perf. of* accipere.
maxime, *especially.*
amāre, *to love.*
atque, *and.*
laudāre, *to praise.*
ter, *thrice.*
quater, *four times.*
-que, *and.*
beātus, *blessed.*
vir, *man, husband.*
Hispānia, *Spain.*
glōria, *glory.*
sibi, *dat. of* sē.
comparāre, *to win, get.*
quōs, *acc. plur. of* quī.
peperī, *pres. perf. of* parere *to bear.*
iacēre, *to lie.*
alter, *the other.*
grātiae, *thanks.*
quod, *because.*
haec, *these things.*
tam, *so.*
laetus, *joyful, glad.*
adducere, *to lead, bring.*
puella, *girl.*
excēdere, *to go out.*
immortālis, *immortal.*
deus, *god.*
festīnāre, *to hasten.*
mulier, *woman.*
templum, *temple.*
fīlia, *daughter.*
uxor, *wife.*

GENERAL VOCABULARY

I. NOUNS

First Declension.

agricola, *farmer.*
anima, *life.*
domina, *mistress.*
famula, *handmaid.*
fera, *wild beast.*
fīlia, *daughter.*
glōria, *glory.*
grātiae, *thanks.*
hōra, *hour.*
laetitia, *joy.*
miseria, *misery.*
patria, *country.*
poena, *penalty.*
puella, *girl.*
silva, *wood.*
via, *road.*

Second Declension.

avus, *ancestor.*
deus, *god.*
fīlius, *son.*
fundus, *farm.*
populus, *people.*
servus, *slave.*
tribūnus, *tribune.*
ager, *field, land.*
puer, *boy.*
vir, *man, husband.*
comitium, *assembly.*
iugerum, *acre.*
templum, *temple.*
vitium, *vice.*

Third Declension.

amor, (m.) *love, longing.*
clāmor, (m.) *shout.*
uxor, *wife.*
mulier, *woman.*
pauper, *poor person.*

pater, *father.*
māter, *mother.*
frāter, *brother.*

grēx, (m.) *flock.*
lēx, (f.) *law.*

plēbs, (f.) *common people.*
urbs, (f.) *city.*

cliēns, *dependent.*
optimās, *a noble.*
paupertās, (f.) *poverty.*
voluntās, (f.) *will.*
nepōs, *grandson.*
virtūs, (f.) *valour.*

vēnātio, (f.) *the hunt.*
homo, *man, fellow.*
cīvis, *citizen.*
testis, *witness.*
mōs, (m.) *custom.*
rūs, (n.) *country.*
opus, (n.) *work.*
corpus, (n.) *body.*
dīvēs, *rich person.*
iter, (n.), *journey, way.*

II. ADJECTIVES

antiqu-us, ——a, ——um, *ancient.*
quīngent-i, ——ae, ——a, *five hundred.*
beātus, *blessed.*
cārus, *dear.*
iustus, *just.*
laetus, *joyful.*
meus, *my.*
mortuus, *dead.*
pristinus, *former.*
sacrōsanctus, *sacred.*
solitārius, *all alone.*
dēgener, *degenerate.*
immemor, *forgetful.*
faciēns, *making.*
custōdiēns, *minding.*
petēns, *seeking.*
summus, *greatest.*
suus, *his, her, its, their.*
tantus, *so great.*
tuus, *thy, your.*
quantus, *how great.*
ultimus, *last.*
miser, ——a, ——um, *wretched.*
noster, nostr-a, ——um, *our.*
vester, vestr-a, ——um, *your.*
immortālis, *immortal.*
omnis, *every, all.*
turpis, *base, vile.*
tristis, *sad.*

III. VERBS

First Conjugation.

amāre, *to love.*
captāre, *to chase.*
cessāre, *to linger.*
clāmāre, *to shout.*
cōgitāre, *to think.*
comparāre, *to get, win.*
creāre, *to create, make.*
dare, *to give.*
exspectāre, *to await.*
festīnāre, *to hasten.*
habitāre, *to inhabit.*
labōrāre, *to work.*
laudāre, *to praise.*
nuntiāre, *to bring news.*
prīvāre, *to despoil.*
servāre, *to save.*
superāre, *to overcome.*
vetāre, *to forbid.*
violāre, *to outrage.*
versārī, *to be engaged.*

Second Conjugation.

admonēre, *to warn.*
cēnsēre, *to think, propose.*
displicēre, *to displease.*
dolēre, *to grieve.*
exercēre, *to exercise.*
favēre, *to favour.*
fovēre, *to cherish.*
habēre, *to have, hold.*
iacēre, *to lie.*
placēre, *to please.*
praebēre, *to show, offer.*
studēre, *to give attention.*
tacēre, *to be silent.*
vidēre, *to see.*

Third Conjugation.

adducere, *to lead.*
agere, *to do.*
colere, *to till.*
comprimere, *to restrain, curb.*
crescere, *to increase.*
dēpōnere, *to lay down.*
dēsinere, *to cease.*
dīcere, *to say, tell.*
distribuere, *to divide.*
excēdere, *to go out.*
expellere, *to drive out.*
petere, *to seek.*
premere, *to crush.*
prōdere, *to betray.*
reddere, *to give back.*
restituere, *to restore.*

trādere, *to hand over.*
vīvere, *to live.*

Fourth Conjugation.

audīre, *to hear.*
exaudīre, *to listen.*
impedīre, *to hinder.*
sentīre, *to feel.*
venīre, *to come.*

advenīre, *to arrive*
revenīre, *to return.*

Irregular Perfect Stems.

accipere, *accep-*
agere, *ēg-*
parere, *peper-*
reddere, *reddid-*
venīre, *vēn-*

GEMINI

DRAMATIS PERSONAE

NUMITOR.

ROMULUS } *gemini.*
REMUS }

FAUSTULUS, *pastor.*

SENEX.

MINISTRI.

PASTORES.

Scaena I. extra Numitōris domum.

(*intrant dextrā Rōmulus et Faustulus; intrat sinistrā senex.*)

Rom. salvē, senex!

sen. salvētē!

Rom. estne haec Numitōris domus?

sen. Numitōris est domus.

[*exit dextrā*]

Rom. [*Faustulum alloquēns*] haec, pater, est Numitōris domus.

Faust. tu, domum, Rōmule, intrā. ego ibi tē exspectābō. heu miserum! multum doleō quod fīlius meus, Remus, captīvus est.

[*exit Rōmulus sinistrā, Faustulus dextrā.*]

geminus, *a twin.*
pastor, *a shepherd.*
senex, *an old man.*
minister, *a servant.*
extrā, *outside.*
domus, *a house.*
intrāre, *to enter.*
dextrā, *on the right.*
sinistrā, *on the left.*
salvē! *hail! good day!*
est, *is.*
-ne *asks a question.*
hic, haec, hoc, *this.*
alloquēns, *addressing.*
exīre, *to go out.*
pater, *father.*
tu, *thou, you.*
ego, *I.*
ibi, *yonder, there.*
tē, *acc. of* tū.
exspectāre, *to await, wait.*
heu! *alas!*
miser, *unhappy.*
multum, *much.*
dolēre, *to grieve.*
quod, *because.*
fīlius, *son.*
meus, *my.*
captīvus, *a prisoner.*

Scaena II. intrā Numitōris domum.

(*Numitor sedet. ministrī circumstant.*)

Num. ecce! quem dūcunt pastōrēs?

min. captīvum dūcunt catenīs vinctum?

[*intrant pastōrēs Remum dūcentēs*]

Num. hic homo, quis est?

pastor. hic ūnus est, domine, pastōrum Amūliī, quem captum ad tē addūcimus.

Num. cūr hunc ad mē addūcitis vinctum?

past. pastōrēs Amūliī nōbīs sunt inimīcī.

Num. quam est formōsus! [*Remum alloquēns*] venī, homo! volō tē aspicere, ō mē miserum! quantum est Rēae Sylviae similis, fīliae meae cārissimae, quam Amūlius necāvit!

[*intrat Rōmulus*]

min. quis inde venit?

Rom. salvē, ō domine!

Num. quis es tū, quī captīvī nostrī tam similis es?

Rom. Rōmulus appellor. hic est frāter meus, Remus.

Num. quid petis, Rōmule?

Rom. Remum petō, quī ā servīs tuīs hūc ductus est captīvus.

Num. unde vēnistī?

Rom. ab Aventīnō vēnimus, ubi Amūliī gregēs custōdīmus.

intrā, *inside.*
sedēre, *to be seated.*
circumstāre, *to stand around.*
ecce! *lo! behold!*
quis? *who?*
quem? *acc. of* quis?
dūcere, *to lead.*
catēna, *a chain.*
vinctus, *bound.*
ūnus, *one.*
dominus, *master.*
quī, quae, quod, *who, which.*
quem, *acc. masc. of* qui.
captus, *having been caught.*
ad, *to, towards.*
addūcere, *to bring, lead.*
cūr? *why?*
hunc, *acc. of* hic.
nōbīs, *dat. pl. of* ego.
sunt, (*they*) *are.*
inimīcus, *unfriendly, hostile.*
quam! *how!*
formōsus, *beautiful.*
venīre, *to come.*
homo, *man, fellow.*
volō, *I wish.*
aspicere, *to look at.*
quantum! *how much!*
similis, *like.*
fīlia, *daughter.*
cārissimus, *very dear.*
quam, *acc. fem. of* qui.
necāre, *to kill.*
inde, *from there, yonder.*
es, *thou art, you are.*
noster, *our.*
tam, *so, so much.*
appellor, *I am called.*
frāter, *brother.*
petere, *to seek.*
ā, *by, from.*
servus, *slave.*
tuus, *thy, your.*
hūc, *hither.*
unde? *whence?*
ubi, *where.*
gregēs, *flocks.*
custōdīre, *to keep guard.*

Num. quis vōbīs est pater?

Rom. Faustulus est pater noster, Amūliī pastor.

Num. [*ministrum alloquēns*] abī! Faustulum hūc addūc! [*exit minister*]

Rom. iam ille apud portam exspectat.

[*intrant minister et Faustulus*]

min. hic, domine, est Faustulus.

Faust. salvē, ō domine!

Num. aspice hōs! suntne fīliī tuī?

Faust. per multōs annōs, domine, hōs ēducāmus et ego et uxor mea.

Num. quid tum? nōnne sunt vestrī fīliī?

Faust. nōn sunt nostrī fīliī, sed cum līberīs nostrīs hōs ēducāvimus.

Num. quid? unde sunt?

Faust. hōs diū abhinc in rīpā fluviī inventōs ad casam meam addūxi—tum parvulī erant.

Num. quid? in rīpā fluviī! parvulī!

Faust. ibi relictī erant.

Num. tibi māgna dabō praemia et uxōrī tuae. venīte hūc, Rōmule et Reme! audīte omnēs! frāter meus, Amūlius, homo improbus, ōlim rēgnum meum occupāvit, fīlium meum necāvit et fīliam Rēam Sylviam, et līberōs eius parvulōs in fluvium praecipitāvit. ecce, Rōmulus et Remus, fīliae meae līberī, ā Faustulō servātī!

ministri et pastores. salvētē, ō dominī!

Rom. et Rem. nōs Amūlium superābimus et Numitor rursus erit rēx.

vōbīs, *dat. pl. of* tū.
abīre, *to go away.*
iam, *already.*
ille, *he, that* (*man*).
apud, *at.*
porta, *gate.*
hīc, *here.*
hōs, *acc. pl. of* hic.
per, *during.*
multī, *many.*
annus, *year.*
et . . . et, *both . . . and.*
ēducāre, *to bring up.*
uxor, *wife.*
tum, *then.*
quid ? *what?*
nōn, *not.*
vester, *your.*
cum, *with.*
līberī, *children.*
sed, *but.*
diū abhinc, *long ago.*
rīpa, *bank.*
fluvius, *river.*
inventus, (*having been*) *found.*
casa, *cottage.*
parvulus, *a tiny child.*
erant, (*they*) *were.*
relictus, *abandoned, left.*
māgnus, *great.*
dare, *to give.*
praemium, *reward.*
audīre, *to hear.*
omnēs, *all* (*people*).
improbus, *wicked.*
ōlim, *once upon a time.*
rēgnum, *kingdom.*
occupāre, *to seize.*
eius, *his, her, its.*
praecipitāre, *to throw.*
servātus, (*having been*) *saved.*
nōs, *pl. of* ego.
superāre, *to overcome.*
rursus, *again.*
erit, (*he*) *will be.*
rēx, *king.*

GENERAL VOCABULARY

I. VERBS

First Conjugation.

appellāre, *to call, name.*
circumstāre, *to stand around.*
dare, *to give.*
exspectāre, *to wait for.*
intrāre, *to enter, go into.*
necāre, *to kill.*
occupāre, *to seize.*
praecipitāre, *to throw, cast.*
servāre, *to save.*
superāre, *to overcome.*

Second Conjugation.

dolēre, *to grieve, be unhappy.*
sedēre, *to sit.*

Third Conjugation.

addūcere, *to bring.*
dūcere, *to lead.*
petere, *to seek.*

Fourth Conjugation.

audīre, *to hear, listen.*
custōdīre, *to keep guard.*
venīre, *to come.*

aspiciō, *I look at.*
volō, *I wish.*

II. NOUNS

First Declension.

catēna, *a chain.*
fīlia, *a daughter.*
porta, *a gate.*
rīpa, *a bank.*
casa, *a cottage.*

Second Declension.

domus *a house.*
fīlius, *a son.*
captīvus, *a prisoner.*
dominus, *a lord, master.*
servus, *a slave.*
annus, *a year.*
fluvius, *a river.*
praemium, *a reward.*
rēgnum, *a kingdom.*
minister, *a servant.*
līber-ī (*no singular*), *children.*
gemin-ī, *twins.*

Third Declension.

pater, *a father.*
frāter, *a brother.*
pastor, *a shepherd.*
uxor, *a wife.*
senex, *an old man.*
rēx, *a king.*
grēx, *a flock.*
homo, *a man, fellow.*

III. ADJECTIVES AND PRONOUNS

cārissim-us, ——a, ——um, } *very dear.*
formōsus, *beautiful.*
improbus, *wicked.*
inimīcus, *unfriendly.*
māgnus, *great, large.*
meus, *my.*
parvulus, *very little.*
tuus, *your, (thy)*
captus, *captured.*
ductus, *led.*
inventus, *found.*
relictus, *deserted.*
servātus, *saved.*
vinctus, *bound.*
miser, ——a, ——um, } *unhappy.*
noster, nostr-a, ——um, } *our.*

vester,
vestr-a, } *your.*
———um,
similis, *like.*
omnis, *every, all.*
ducēns, *leading.*
hic, *he, this.*
haec, *she, this.*
hunc, *him, this.*
hos, *them, these.*
ille, *he, that man.*
eius, *his, her, its.*
qui, *who.*

quem, *whom* (masc.).
quam, *whom* (fem.).
quis ? *who ?*
quid ? *what ?*
ego, *I.*
mē, *me.*
nōs, *we.*
nōbīs, *to us.*
tū, *you* (subject).
tē, *you* (object).
tibi, *to you* (sing.).
vōbīs, *to you* (plur.).

G. BELL & SONS

GAYLORD BROS.
MAKERS
SYRACUSE, N.Y.
PAT. JAN. 21, 1908

[redacted]
YA 00080

296961

Newman

UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY